

Opera siquidem non sunt dissolubilia natura, sed tamen voluntate dissolubilia.

XXI. Respondet, hanc & similes confirmare nostram secundam assertionem, non deservit certam. Probant enim, quod sicut non natura habent, quod immortales sunt, sed gratia Creatoris; sic non natura habent, quod corruptibiles sunt, sed gratia Dei Conservatoris; quia, quod corruptio naturaliter infidet; quia sicut ex nihilo facta est, ita veribilis est in nihilum, & quavis famel posita extra nihilum, naturaliter exigit in esse semper manere, quod tamen Deus velit potius secundum naturam eorum inclinationem agere, quam secundum suam potentiam, & sic eis potius concurrens ad semper esse praestare, quam concurrens ad negare, gratia est non quidem supernaturalis, sicut esse, si rem sua natura ad corruptionem inclinarentem (ut hominem) perpetuo conservaret; sed gratia naturalis, gratia scilicet Dei Conditoris, & Conservatoris. Ut enim scribent Patres Concilii Africani apud S. Augustinum Epist. 65. nu. 177. Non improbanda ratione dicitur gratia Dei qua creati sumus, ut nonnulli essemus, nec ita essimus aliquid ut cadaver, quod non vivit, aut arbor, quae non facit, aut pecus, quod non intelligit, sed homines, qui & essimus, & viveamus, & sentiamus, & intelligamus, quia non praesentiam aliquorum horum operam meritis, sed gratia Dei bonitate donata est. Ita gratia Dei dicitur, quae Angeli creati sunt, ut nonnulli essent, nec ita essent aliquid ut corpora, quae corruptioni obnoxia sunt, sed talis naturae, quae principio corruptioni caret: ut enim ait Div. Thom. qu. 5. de Pot. art. 3. in cap. Alit. rebus secundum suam naturam corruptio necessaria est, sed non tamen hoc remanet, quia necessitas estendi fit eis a Deo, quia & unum necessarium aliquid esse potest, ut dicitur in 5. Metaph. istius enim naturae, creati, cui cognovit sempiternitatem, causa est Deus. Et insuper gratia dicitur, quae Deus secundum talis naturae exigentiam agere velit eos conservando, non autem secundum absolutam potentiam ad nihilum eos redigendo.

XXII. Prudenti autem nec non religiosa cautela abstinere Patres ab asserendo, Angelos, & animas humanas esse naturam incorruptibiles, & immortales, ne viderentur eam immortalitatem, quae solius Dei propria est, imitari a se, & carere initio, & sine eis concedere: agebant enim sine contra Arianos, & Anomaeos, sive contra Originistas. Unde, ut Angelorum immortalitatem fecerent ab ea, quae immortalis, & aeterna est Filii Dei, dicebant, Angelos, & animas esse immortales, non natura, sed gratia, seu Dei voluntate. Contra Originistas etiam, Angelos, & animas, sicut non semper fuerunt, ita nec semper in esse perseverarent, si Deus, qui eos a nihilo extraxit, a nihilo etiam suo consensu non praeservaret. Ad Arianos respiciant SS. Hilarius, & Ambrosius: ad Originistas vero Sophronius in praeterea Epistola. Quare statim subiungit: Sed non dicitur, hominum animas gratia Dei corruptionem repulerant, sed in sempiterna quadam vita postea arbitravitur, sicut Origenes erroneus confituit, & huius complices, neque consensu Didymus, & Eusebius etc.

XXIII. Respondi quoque potest cum D. Thom. 1. par. qu. 50. hoc art. 5. ad 1. praefatos Patres, sicut & Damascenum, accipere immortalitatem perfectam, quae includit omnimodam immutabilitatem, quae omni mutatio est quaedam mors (ut dicit Aug. lib. 2. alias 3. contra Maximin. cap. 12.) perfectam autem immutabilitatem Angeli non nisi per gratiam assequuntur. Ita S. Thomas. Verba autem S. Augustini laudato loco sunt haec: omni mutabili natura nonnulla mors est ipsa mutatio, quia facta aliquid in eo non esse, quod erat. Prende & ipsa anima humana, quae propterea dicitur immortalis, quoniam qualitercumque secundum modum suum nunquam desinit vivere, habet rationem pro ipso suo modo quadam mortem suam, quia si iusto videbitur, & peccat, moritur iustitia. Et creaturarum natura caligine mori potest; Nam & Angeli peccaverunt, & Demones facti sunt, quorum est Diabolus princeps. Et qui non peccaverunt, peccare poterunt. Et cuiuscumque creaturae rationali praestatur, ut peccare non possit, non est hoc natura propria, sed Dei gratia. Recolatur superius dicta ad primam objectionem ex eodem S. Augustino.

Plato autem, ait Div. Thomas relato art. 5. ad 2. per Deum intelligit corpora Caligine, quae existimant esse ex elemento composita. Et ideo secundum suam naturam non erant dissolubilia, sed voluntate divina semper conservabantur in esse.

XXIV. Obijciunt tertio. Secundum Gregorium lib. 16. Mor. cap. 16. omnia in nihilum tendere, nisi eos manus omnipotentis conservaverit: sed quod in nihilum redigi potest est corruptibile: ergo cum Angeli sint a Deo facti (ex nihilo) videtur, quod sint corruptibiles secundum suam naturam. Ita contra se obijcit S. Thomas loco citato, cui

XXV. Respondet (ad tertium) non esse contra rationem necessarii habere causam suae necessitatis. Unde non repugnat necessario, nec incorruptibili, quod esse eius dependeat ab alio, sicut a causa. Per hoc ergo, quod dicitur, quod omnia deciderunt in nihilum, nisi conserventur a Deo, & etiam Angeli, non datur intelligi, quod in Angelis sit aliquid corruptibile principium, sed quod esse Angeli dependeat a Deo, sicut a causa. Non autem dicitur aliquid esse corruptibile, per hoc quod Deus possit illud in non esse redigere, subrahendo suam conservacionem, sed per hoc quod in se ipso aliquid principium corruptionis habet, vel contrarietatem, vel saltem potentiam materiae. Haec S. Thomas valde notanda. Quod enim Angelus ex nihilo factus sit, arguit quidem, in eo esse capacitatem, non repugnantiam, sicut potentiam obedientialem, ut Deo sic volente in nihilum redigatur; non vero quod in eo sit potentia naturalis,

seu principium aliquid, ex cuius actione in non esse tendat, ut ad corruptionem ab intrinsicco requiritur.

XXVI. Nec dicas, esse Angelus habet locum capacitatem, seu non repugnantiam, ut producat: attamen eum posse a Deo producti illi naturae esse; ergo erit habitus locum ad repugnantiam, ut possit in nihilum redigi, hoc sufficit, ut ad hoc habeat potentiam naturalem, & dici possit corruptibilis. Nam respondet: disparitatem esse, quia Angelus ante productionem nihil erat & sicut non exigitur, ut produceretur; ita non exigitur, ut non produceretur. Dum vero a Deo productus est non habens in se contrarietatem, aut potentiam materiae, naturaliter petit in esse permanere, & in tali esse a Deo conservari, quantum ex suis intrinsicco est. Haec tamen necessitas in esse permanendi a Dei voluntate est. Nam licet creatura incorruptibilis ex Dei voluntate dependeat, quae potest eis esse praeservata, & non praeservata; consequuntur tamen ex divina voluntate absolutam necessitatem essendi, in quantum in tali natura casuuntur, in qua non sit possibilitas ad non esse. Talis enim sunt cuncta creata, quia Deus esse eis voluit; ut Hilarius dicit in lib. de Symonis. Ita Sancti Thom. qu. 5. de Potentia art. 3. ad 12.

QUESTIO III.

De loco Angelorum, & locali motu.

De hoc agit D. Thom. 1. par. qu. 52. & cum eo quaerimus. Primo. An Angeli in loco sint. Secundo. Per quod sint in loco. Tertio. An plures in eodem loco esse possint, & an unus in pluribus. Quia vero Angelus potest esse in loco, vel sibi connaturali, vel violento, qualiter sunt Demones, sive in inferno; sive alibi Deo sic volente, de utroque agemus. Quia vero sic in uno loco sunt, ut ad alium locum transire possint: ideo de motu locali eorum quoque tractabimus.

DEUS III.

Per quod Angelus proxime constituitur in loco.

S. I.

Angeli sunt in loco.

I. Dupliciter possumus imaginari, aliquid esse in loco: uno modo commensurative ad locum, & ita ut totum corpus locum commensuratur toti loco, & partes loci partibus loci. Alio modo definitive per hoc, quod substantia locali sit praesens, & distans huius loco, ut non alteri.

II. Dico primo. Angelos esse in aliquo loco de fide esse. Ita D. Thomas in 1. diff. 37. qu. 3. art. 1. contra quosdam Philosophos, qui ponentes, quod Intelligentia movet Orbem fidei motione propria finis, sicut amatum movet amantem, & quod anima ipsi non conjugitur Orbis, nisi fuerit desideratum desideranti, sebat, ut secundum istos, Angelus nullam habeat applicationem ad corpus, vel ad locum, quia non immediate operatur circa aliquid corpus. Haec autem opinio subdit S. Doct. haereticus est, quia secundum fidem nostram, ponimus, Angelos immediate circa nos operari.

III. Hanc veritatem tenet Ecclesia quae de nostra habitatione sic Deum rogat: Angeli tui sancti habitant in ea, qui nos in pace custodiunt. Eam insuper Scriptura confirmat, tum Matth. 4. ver. 11. Tum reliquit eum (Christum) Diaboli, & ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei. Luc. 2. ver. 15. Discesserunt ab eis Angeli in Calum. Luc. 22. ver. 43. Apparuit enim illi Angelus de Caelo. Matth. 18. v. 2. Angelus enim Domini descendebat secum tempus in Peshan: ascensus autem, & descensus, utpote de loco in locum supponit nec existere in loco. Rursus fides catholica docet, aliquos Angelorum peccasse, ac in infernum esse detructos, dicente D. Petro Epist. 2. cap. 2. ver. 4. Deus Angelos peccantium non pepercit, sed tradidit istos deturctos, in tartarus vinctis cruciandos; & de Juda Epistol. ver. 6. Pincituli accipit sub caligine referentibus.

IV. Hoc idem testantur Patres, inter quos Chrysostomus lib. 6. de Sacerdotis loquens de Sacerdoti tempore: Per id tempus (inquit) & Angeli Sacerdoti assistunt, & caliginos Potestatum universis vult clamare excitat, & loci alteri viciniam, in illius honorem qui immolatur. Angelorum chorus plenus est. Quod etiam statim Concilium Aquense sub Ludovico Pio anno 816. cap. 132. ubi interantibus Ecclesiam, divina recitantibus, & maxime ubi Corporis, & Sanguinis Domini geruntur mysteria, supernorum Civium adesse convenit, pronuntiat.

V. Dico secundo: Angeli non sunt ubique. Est contra Durandum, qui in 1. diff. 37. qu. 1. dicit, quod Angelus non est determinate in aliquo loco, quia potest esse ubique, quavis non eo modo, quo est Deus, qui est ubique per essentiam, praesentiam, & potentiam, & intime operatur in omnibus rebus, quod de Angelo dici non potest: sed solum est ubique, quia Angelus est in loco, in quo potest operari: sed potest operari ubique; ergo nullus est locus in quo dici non possit, quod Angelus non sit.

VI. Sed Sententia Durandi periculosa in fide est. Et probatur ex illo Haez 14. ver. 11. quomodo cecidisti de Caelo Lucifer... corruisti in terram, quae sub figura regis Babylonis exponitur de Angelo malo; ergo ille reliquit unum locum, & ad alium delapsus est. Item Luc. 10. v. 18. videram Satan sicut fulgur de Caelo cadentem & Apoc. 12. ver. 8. dicitur de malis Angelis, neque locum invenit eis operum amplius in Caelo. Si igitur Diabolus defectus e Caelo locum in Caelo non habet

amplius ergo est locus, in quo non est Angelus; ergo non est ubique.

Et merito quidem. Nam S. Athanasius Epist. 1. ad Serapionem num. 26. ex eo quod Spiritus S. omnia implet, Angelus vero solum ibi adsit, quo mittitur, concludit, Spiritum Sanctum nec esse locum, nec Angelum: si igitur Spiritus omnia implet, & in Verbo agens est in medio omnium; sed contra Angelus hic in se illic cadens, atque illic eorum adfuit, quo mittitur: dubium utique non est, quin Spiritus nec res facta, nec Angelus sit. Et S. Damascenus lib. 2. de Fide Orth. cap. 3. Angeli (inquit) circumscripti sunt: nec enim cum in Caelo sunt, in terra versantur; nec cum a Deo in terram mittuntur, remanent in Caelo.

VII. Ratio autem Durandi futilis est. Non enim ex eo, quod potest Angelus operari in omni loco, seu ex eo quod non sit locus, in quo non possit operari, sequitur Angelum actu esse in loco, sicut ex eo quod non sit locus, quo non possit corpus circumscribi, non sequitur corpus actu esse in loco, sed solum posse ibi esse. Est ergo Angelus in loco per hoc, quod actu conjungatur loco operando in illo: cum autem Angelus nequeat simul operari, & applicari omni loco, non poterit in loco sensu esse ubique.

VIII. Dico tertio. Angelus non est in loco determinato circumscriptive, sed solum definitive: id est quod eorum substantia illi definitur a loco, in quo est, ut non sit alibi. Sic Damascenus citato loco, quo Angeli in loco sunt: Non quod (inquit) corpora modo circumferantur (neque enim more corporum, quod necesse est attinge figurantur, aut prima dimensione distanti sunt) sed quod ubi se conferant, illic spiritualiter adsint, & operentur; nec eodem tempore hic, atque illic esse & operari possunt.

Et D. Thomas haec qu. 52. art. 1. ait: Non oportet dicere, quod Angelus componatur loco, vel quod habeat situm in continuo; hoc enim convenit corpori locali, prout est quantum quantitas dimensura. Similiter etiam non oportet hoc, quod continetur a loco. Nam substantia incorporea sua virtute coniungit rem corpoream continet ipsam, & continetur ab ea. Anima est in corpore, ut continens, & non ut contenta. Et similiter Angelus dicitur esse in loco corporeo, non ut contentum, sed ut continens aliquo modo. Unde superius dixerat, quod quivoque dicitur esse in loco Angelus, & corpus. Non quia vere, & realiter in loco est adeo diversa, & corpus in loco sunt, ratio essendi in loco est adeo diversa, ut quivoque de utroque dici videatur.

IX. Haec resolutio procedit, supposita, quod Angeli sint puri spiritus, nec ullo modo habentes corpora, ut superius ostendimus. Ceterum in opinione celebri apud Veteres, quod Angeli habeant corpora naturaliter sibi unia, vel aerea, vel ignea, vel cuiuscumque materiae tenuis; cum non sint dimensionis, & quantitates omnino expertis, dici debet eos esse in loco commensurative, & circumscriptive, & univoce sicut alia corpora.

X. Dices tamen primo contra superius dicta. Quod omnino absolutum est a situ, & dimensione, non est in loco nisi per accidens sicut patet de materia prima: sed essentia Angelus est omnino absoluta a situ & dimensione. Sed, ergo non est in loco nisi per accidens, nempe ratione corporis assumpti; ergo quando non assumit corpus, non est in loco.

XI. Dices secundo. Angelus est in loco definitive, quia operatio sua definitur, & determinatur ad locum; sed similitur aliqua operatio Dei definitur ad locum aliquem, extra quem illam operacionem non exercet, ut patet in suscitacione alicuius mortui; quod videtur, quod Deus definitive sit in loco.

XII. Respondetur ad primam in loc. cum D. Thom. in 1. diff. 37. qu. 3. art. 1. ad 2. quod est in loco, ut in loco, non convenit Angelis nisi per accidens: in quantum scilicet corpus assumptum, vel corpus, cui per operationem applicatur, in loco est. Sed est in loco, ut operatur in operato, convenit Angelis etiam per se, secundum quod per se in loco operatur: sicut etiam materiam prima per se est in loco, quae in loco, ut patet, & sicut puritatem per se est in loco, ut terminus, non ut locatum.

XIII. Ad secundam respondeo ex eodem S. Doct. ibi ad 5. Quod Angelus definitur in loco est per operationem suam, Deus autem non: quia operatio ipsius Dei, est determinata sit ad locum, in quo tamen transe super operatum, non tamen in quantum exiit ab operato, quia in operato hic, quod etiam elibi. Sed Angeli operatio definita est ad locum utroque modo; quia ipse non operatur alibi, quam hic.

S. II.

Quotuplex sit Angelorum locus.

XIV. Deo quarto. Triplex est Angelorum locus. Caelum, Infernus, Aer. Prob. prima pars. Nam omnes in Caelo Empyreus loci sibi proprio creatos fuisse superius ostendimus. Deinde quibusdam e Caelo delapsis, aliquos in Caelo remansisse, ibique habitos esse, clamant Scripturae: Deus hic illa non fecit (inquit) Christus Marti 11. ver. 33. Neque Angeli in Caelo. Luc. 2. ver. 15. Discesserunt ab eis Angeli in Calum. Luc. 22. ver. 43. Apparuit eis Angelus de Caelo &c.

Secunda pars non minus constat. Et Angelis defectoribus in Infernum fuisse detructos multos testatur Div. Petrus Epist. 2. cap. 2. ver. 4. quos dicit tradidit inferni detructos, in Tartarus a Deo traditos cruciandos, & Div. Judas ver. 6. sive Epistole dicit: Vinctis aeneis sub caligine referentur. Hoc autem etiam modo in aliquibus contingere, & non solum post uni-

versale iudicium, dicemus infra cum Div. Thom. & subius, cum agemus de poena Demonum.

Tertia pars non est minus certa. Plures enim Demones in hoc aere versari hiberit Job cap. 1. ver. 7. ubi Diabolus a Deo interrogatus, unde veniret, respondit: Circuivi terram, & perambulavi eam. 1. Petri 5. ver. 8. Adversarius vester Diabolus, sicut Leo rugiens circum quarent, quem devoret. Eodem spectant quae scribit Paulus Epist. 2. ver. 2. In quibus aliquando ambulastis secundum principem potestatis aeris huius. Et cap. 6. ver. 12. vocans Demones, raptos tenebrarum harum, spiritum iniquitatis, in Caligine, hoc est in aeris locis. Super quo Div. Hieronym. Non quo (inquit) Demones in Caligine commorantur, sed quo supra nos aer, hoc nomen accepit. Unde & aer, quae volitant per aerem, volucres Calae esse dicuntur. Nam & in alio loco de Demonibus, quod in aere isto vagantur Apollonius ait... secundum principem potestatis aeris spiritus. Hic autem omnium Doctorum opinio est, quod aer iste, qui Calum, & terram medius dividens inane appellatur, plenus sit contrariis Fortitudinibus.

XV. Idem asserit S. Augustin. lib. de Agere Christiano cap. 3. & lib. 8. de Civit. Dei cap. 21. referens Platonem in Epimenide dicens: Deturcti sunt in Calis est, hominum in terra, in aere Demonum. In libro autem de Gen. qu. ad Deo Gratiae, seu Epist. ad Rom. 10. qu. 3. Demones vocat inquam spirituum creaturam, quae in hoc proximo & caliginoso Caelo habitant, sicut in aere carcere suo, praedictis est supposito sempiterno; quod repetit lib. 3. de Genes. ad litter. cap. 10. lib. 11. cap. 26. & alibi.

XVI. Quare S. Thomas haec qu. 52. art. 4. relatis S. Augustini verbis resolvit: Sic ergo Demonibus duplex locus ponitur debetur: unus quidem ratione sua culpa, & hic est infernus; alius autem ratione exercitacionis humanae, & sic debetur eis caliginosus aer. Procuratio autem salutis humanae proceditur usque ad diem iudicii. Unde & usque tunc durat ministerium Angelorum, & exercitacio Demonum. Unde, & usque tunc, & boni Angeli ad nos huc mittuntur, & Demones in hoc aere caliginoso sunt ad nostrum exercitium: licet eorum aliqui etiam nunc in inferno sint ad torquendum eos, quos ad malum induxerunt; sicut & aliqui boni Angeli sunt cum animabus sanctis in Caelo. Sed post diem iudicii omnes mali, tam homines, quam Angeli in inferno erunt, boni vero in Caelo. Ita S. Doctor. Quod probat hoc ratiocinio. Cum enim Angeli sint medii inter Deum, & homines, inferiores quidem Deo, hominibus autem superiores, ad ordinem Providentiae, quae bonum inferiorem per superiora procurat, pertinet, ut per Angelos bonum hominum procuraret; atqui dupliciter bonum hominis per divinam providentiam procuratur. Uno modo directe; dum scilicet aliqui inducitur ad bonum, & retrahitur a malo, & hoc decet sit per Angelos bonos. Alio modo indirecte; dum scilicet aliqui exercetur impugnat; per impugnationem contrarii: & hanc procuracionem boni humani conveniens fuit per malos Angelos ferri, ne contrarii post peccatum ab utilitate naturalis ordinis exciderent; ergo Demonibus duplex locus ponendus debetur; unus ratione suae culpe, & hic est infernus; alius ratione exercitacionis humanae, & hic est caliginosus aer.

XVII. Quod si queras, cur inter loca poenalia non computatur aer? Responder S. Thomas in 4. dist. 45. qu. 1. art. 3. ad 4. quod aer ille caliginosus non assignatur Demonibus quasi locus, in quo recipiant retributionem pro meritis, sed quasi compositus officio aeris, in quantum deputatur nobis ad exercitium. Et ideo inter receptacula de quibus nunc igitur, non deputatur: prima enim deputatur igitur inferni, ut patet Matth. 15.

XVIII. Sed in contrarium obstat videtur textus 2. Petro 2. quo omnes Angeli Apostolici dicuntur detracti in tartarus, videntibus inferni traditi cruciandi; & textus Iudae ver. 6. superius relati.

Responderi potest dupliciter. Primo, omnes quidem Angelos statim post peccatum defectos fuisse in infernum potestatem, sicut Deus permittit, ut eorum principes ex illo carcere egressus, nostros Protoparentes ad peccatum infusione sua provocaret; ita & post eorum peccatum permittere, ut nonnulli exeant, & ad hominum exercitacionem in hoc aere maneat. Secundo responderi potest cum D. Thom. 1. p. q. 64. art. 4. citato. Omnes quidem fuisse infernali carceri definitos: ac non omnes de facto inclusos, sed aliquibus illuc detructis, alios fuisse in hoc aere detentos ad homines exercendos, donec consummato universalis iudicio, omnes de facto in infernum defecti, cum damnatis hominibus aeterno igne cruciarentur. Et in hoc sensu dicuntur a Petro, & Iuda in iudicium magni diei reservari. Utraque responsio consonat Scripturae, & S. Hieronymo, ac Augusti supra laudatis.

XIX. Sed dices. Peccatum hominis non est gravius, quam peccatum Demonis: sed omnes homines post mortem imponentes, statim in inferno cruciantur, ibique immobiliter detinentur; ergo & Demones.

Respondetur citato loco ad 2. D. Thomas, unam animam ordine naturae non praeferi alteri animae, nec esse illa superiorem, sicut Demones natura superiores sunt hominibus: ut ideo providentiae petat, quod bonum unius animae per aliam procuraret, sicut bonum hominis convenit procurari per Demones. Horum tamen peccatum non mitius punitur, quia licet in aere detentis, ignis tamen poenam, ut dicemus, patiuntur.

XX. Quares igitur. An Demones, five qui in inferno detinentur, five qui in aere versantur, torquentur utraque poena, tum damni, nempe carentia visionis Dei, tum sensus; nempe infernali igne?

Respond-



Respondet cum D. Th. q. 64. a. 4. relato ad 3. tres de hoc fuisse opiniones. Primam eorum, qui dixerunt, usque ad diem iudicii, differri poenam sententiam, tam Daemonum, quam animarum; & similiter beatitudinem Sanctorum differri usque ad diem iudicii. In hanc propendit Iulianus Apolog. 1. & aperte Terullianus in Apolog. c. 27. & in eam trahere conantur quidem S. Bernardus Serm. de transitu S. Malachite dicentem: Desideria quidem, sed nondum promulgata sententia est. Deique iam Diabolo ignis paratus est, sed nondum precipitatus in ignem, modico adhuc tempore insidetur malignari. Cui opinioni subscribere quotquot ex Veteribus, vel plerique saltem, quos superius tract. de visione Qu. 2. Dub. 3. §. 1. retulimus pro opinione asserente SS. animarum beatitudinem ad consummatum universale iudicium esse differendam. Sed hoc est erroneum, inquit D. Th. laudato loco, & repugnans Apostolus diffolvatur, domum habemus in Caelo.

XXI. Relata deinde opinio aliorum, qui esto non admittent, poenam animarum esse differendam; hoc tamen admittent, poenam Daemonum; quam esto, nulla condita feriat S. Thomas, & tamen restitit, suam asserit opinionem dicens.

Sed melius est dicendum, quod idem iudicium sit de malis animabus, & bonis Angelis, sicut idem iudicium est de bonis animabus, & bonis Angelis. Unde dicendum est, quod sicut loci Calchit perinet ad gloriam Angelorum: tamen gloria eorum non minuitur, cum ad nos veniunt; quia considerant, illum locum esse suum, et modo qui dicimus, honorem Episcopi non minui, dum actu non sedet in Cathedra: similiter dicendum est, quod licet Demones non actu alligentur gehennali igni, dum sunt in aere isto caliginoso: tamen ex hoc isto, quod sciunt, illam alligantem sibi debent, eorum poena non dimittitur. Unde dicitur in quadam glossa Jacobi 3. ... quod possent scire ignem gehennae quocumque vadant.

XXII. Propterea bene distinguit Sylvius (ad praes. a. 4. argumentum 1.) triplicem esse Diaboli damnationem. Prima est, qua de Caelo propter superbiam est dejectus, & in ignem infernale missus. Secunda, qua de hominibus per Christum sic est eiecus, ut non amplius, sicut prius, illis pro libito dominaretur, quo tendunt verba Christi Joann. 12. v. 31. Nunc Postquam hoc mundi egredietur foras. Tertia, qua coram toto mundo est iudicandus, ac etiam a Sanctis, a quibus, & homines in illi iudicantur, iuxta Pauli dictum 1. Cor. 6. v. 3. Nescitis quoniam Angelus iudicabitur, quod sit, ut manifestetur coram nequitia, sic a piis hominibus separetur, ut nullam deinceps eis nocendi potestatem habeant.

XXIII. Prima ergo damnatio in eis impleta. Nam e Caelo statim post peccatum eiecus, & igni traditi in poenam fuerunt. Et quavis paulo post ex loco infernali ad terras ascendere in hominum exercitum permitti sunt, poenam tamen suam seculum portant. Quare est Christus Matth. 25. v. 41. dicat, ignem inferni esse paratum Diabolo, & Angelis ejus: non tamen negat, quin modo poenam aliquam ab illo igne patiantur; sed solum affirmat, tunc sic esse igni in inferno eos alligandos, ut in aeternum non sit permitendum illis egredi ad eo poenarum loco. Secundum damnationem nondum penitus acciperunt: ligati enim sunt, ne seducant amplius gentes, ut olim, sed iterum solvendi, ut ait Joann. Apoc. 20. v. 2. & 3. Multo minus tertiam damnationem acciperunt, sed haec ad diem extremum reservata est. Etenim (ait D. Th. in 4. dist. 47. q. 1. a. 3. quaeestio 4. ad 2.) Ipsi Demones: cunctis videtur tunc precipitabuntur, quia in perpetuum in inferni carcerem retrahentur, ut non sit liberum extra progredi, quia hoc eis non concedatur, nisi sententia quod ordinatur ex divina providentia ad hominum vitam exercendam.

XXIV. Ad primam autem opinionem dici potest, vel Patres illos fuisse in ea sententia, quae primis Ecclesiae saeculis fatis frequens erat. Vel dicendo, Demones nondum pati poenam ignis, intellexisse de poena sumpta quoad locum, in quo saevit ejusmodi poena; neque enim, ut dictum est, omnes Demones modo tartaro concluduntur. Eodem modo exponendus est S. Bernardus, non enim vult, nullum ex Daemonibus tunc in inferno poenam ignis luere, sed eos tantum in isto aere eam pati, quanti ad homines exercendos, Deo sic permittente, necessarii sunt: unde subdit Diabolos tunc dicitur ad eorum utilitatem, reprobos cooperit in eorum damnationem.

XXV. Ad secundam autem opinionem, scilicet eorum, qui censuerunt poenam Daemonum, esto non animarum, adhuc differri, dicendum est, eam differri quoad locum; quia esto omnes igne crucientur, non tamen omnes in inferno: vel differri quantum ad privationem tentandi homines, quae privata maxima illis poena futura est. Unde D. Th. 1. p. 2. q. 64. a. 4. ad 3. dicit quod Demones dum Luca 8. rogaverunt Christum, ne mitterentur in abyssum, id non petierunt, quasi ab igne jam non torquerentur; sed quia, cum erant in abyssum conclusi, non poterant amplius hominibus nocere: hoc petierunt (inquit) repantur sibi poenam, si excluderentur a loco, in quo possunt hominibus nocere. Unde Marth. 8. dicitur, quod deprecabantur eum, ne expelleret eos extra regionem. Vel etiam, quia, quando hic sunt cum hominibus, exortantur ab eis; aliquid cultum, quem in gehenna non habebunt. Quia partitionem suam hanc ipsam dicitur, quae fuit, ut cogniti sperarentur. Ita S. August. lib. 8. de Civit. Dei cap. 13.

§. III.

Quoniam sit ratio proximae fundans Angelum praesentiam in loco conaturali.

XXVI. Alia est ratio formalis constituit Angelum formaliter praesentem loco, & ubicatum; alia est ratio proximae fundans talem praesentiam, sive ubicationem: sicut inter duo similia; alia est ratio constituens ea formaliter similia, & haec est relatio similitudinis; alia est ratio proximae fundans hanc similitudinem, & haec est forma in qua conveniunt, puta albedo. Hic ergo non querimus de ratione formali, qua Angelus formaliter in loco est: nam hanc supponimus esse ipsam praesentiam, qua hic potius est, quam alibi; sed loquimur de ratione proximae fundante talem praesentiam.

XXVII. Angelus ad duplicem locum comparari potest: primum sibi conaturali, ad quem sua voluntate libere se applicat; alterum sibi violentum, in quo non se libere collocat, sed contra suam voluntatem collocatur cuique, Deo sic volente, quodammodo subicitur, & alligatur. Sic ignis gehennalis est locus violentus Daemonibus, & desertum superioris Aegypti, in quo apprehensum Daemonium religiovis Angelus Raphael, ut habetur Tract. 8. v. 3. fuit illi locus violentus. Querimus ergo in praesenti §. quomodo sit ratio proximae fundans Angelum praesentiam in loco naturali: de loco violento inferius quaeremus.

XXVIII. Suppono, substantiam Angelum esse in loco, in quo in loco est, sed quomodo, qua substantia Angelus in loco, seu quid sit illud, quod proximae fundat Angelicam substantiam praesentiam in loco: sicut cum quaeritur per quid substantia corporea sit in loco, supponitur substantiam corpoream esse in loco, sed solum quaeritur, quomodo sit ratio fundans proximae ejus praesentiam in illo.

XXIX. Scotus & ejus Schola docet, rationem proximae fundantem Angelum praesentiam in loco esse ipsam Angelum substantiam praesentem, & ex vi suae lineae. Vazquez pro fundamento talis praesentiae assignat modum aliquem unionis liberae Angelum voluntate productum, quo antequam quidquam in loco corpore operetur, ei unicitur. Mirro sententiam P. Suarez volentis Angelum esse in loco per aliquid ubi, seu modum praesentiae ejus substantiae superadditum; quia ut dixi hoc non negamus, sed quaerimus, quomodo sit ratio proximae fundans huiusmodi praesentiam.

XXX. Universa D. Thomae Schola cum suo Angelico Doctore tenet, Angelum constitui in loco per applicationem suae virtutis loco. Ita 1. p. 2. q. 52. a. 1. diffidens solum in explicando, quod intellexerit S. Doct. per applicationem virtutis: an scilicet ipsam formalem praesentiam, qua aliquid in corpore agit; an vero aliquid praevarium ad operationem. Quid sentiamus, expendimus.

XXXI. Dico primo. Ratio proxima fundans localem praesentiam Angelum non est ejus substantia praesentem, & ex sua linea substantiali.

Prob. illa est ratio formalis proximae fundans localem praesentiam Angelum, quo postea, nullo alio accedente resultat formalis praesentia ejus in loco: sed postea substantia Angelum, nullo alio accedente, non resultat praesentia localis in Angelum ergo &c. Major videtur certa. Minor probatur. Postea substantia Angelum praesentem, nullo alio accedente, non habetur, unde resultat relatio ad hunc potius locum, quam ad alium: quia substantia Angelum ex se indifferens est ad omnia loca; & non magis ad unum locum determinata, quam ad alium; ergo ea postea est. Sicut quia corpus non est magis determinatum, ut referatur relatione similitudinis ad album, quam ad nigrum; eo praesentem, nisi ponatur in eo albedo, non referatur relatione similitudinis postea ad album, quam ad nigrum.

XXXII. Confirmatur. Est est Angelus ratio proxima existendi in loco, qua fit, ut dicitur, ut dicitur est, omnes Demones modo tartaro concluduntur. Eodem modo exponendus est S. Bernardus, non enim vult, nullum ex Daemonibus tunc in inferno poenam ignis luere, sed eos tantum in isto aere eam pati, quanti ad homines exercendos, Deo sic permittente, necessarii sunt: unde subdit Diabolos tunc dicitur ad eorum utilitatem, reprobos cooperit in eorum damnationem.

XXXIII. Respondet Frassen cum Scotis neg. min. quia esse substantiam Angelum sic ratio proxima existendi in loco, non est tamen, nisi ut applicata per voluntatem, sive Dei, sive ipsius Angelum ad talem locum; & fundare potest praesentiam, modo majorem, modo minorem.

XXXIV. Sed contra primo. Ergo jam substantia Angelum non erit per se ratio proxima, & immediata existendi in loco, sed ut applicata ad majorem, vel minorem locum; ergo haec applicatio erit ratio proxima, & sic nihil, vel parum a nobis differens, qui dicimus substantiam Angelum esse in loco conaturali per applicationem suae virtutis ad locum.

Secundo. Huiusmodi applicatio substantiae Angelum tanto, vel tanto loco facti illam contingere, seu esse indistantem tanto, vel tanto loco, non autem majori, vel minori: sed ratio, quae reddat substantiam praesentem, & tangentem locum est ratio proxima existendi in loco, ut in substantia corporea explicabitur; ergo &c.

Tercio. Adversarii dum dicunt, quod applicatio substantiae per adum voluntatis est illi causa existendi modo in majori, modo in minori loco, vel voluntas, quod talis applicatio &c. fit est ratio formalis existendi modo in majori, modo in minori loco; vel solum causa efficiens, aut pura conditio. Si primum;

primum; ut dicebam, nobiscum conveniunt: haec enim applicatio non aliud est, quam explicatio virtutis angelicae ad talem locum, & non ultra. Si vero dicant secundum, aut tertium. Contra est invariata manente ratione formali, quomodo varietur causa efficiens, seu conditio, effectus formalis diversus haberi non potest. Quomodo enim libera applicatio nostrae voluntatis sit causa efficiens, vel conditio cur potius in isto loco, quam in alio existamus; nisi tamen intrinseca varietur nostra quantitas, nunquam fiet, ut mediante illa accipemus modo majorem, modo minorem locum.

XXXV. Probatur secundo. Quomodo substantia Petri fit in loco, non tamen substantia Petri est immediata ratio fundans existentiam ejus in loco, sed quantitas Petri contingens locum; ergo & multo magis substantia Angelum incorporea non erit propria ratio immediata fundans ejus existentiam in loco, quomodo ipsa fit, quae est in loco. Consequenter probatur. Nam si substantia corporea, cui convenit proprie esse in loco, non est immediata ratio fundans existentiam in loco; ergo multo minus substantia incorporea, quae per proportionem ad substantiam corpoream, est per seipsam in loco, sed per aliquid aliud, quod respectu sui proportionabiliter se habeat ad quantitatem respectu corporis, & sit veluti quantitas virtualis, qua virtute contingat locum, sicut illa contingit dimensivae.

XXXVI. Respondet Frassen primo negando consequenter. Est enim contractus realis, & physicus necessarius sit, ut corpora formaliter sint in loco, quia in loco sunt per commensurationem ad ipsum, non tamen in substantia spirituali. Cum enim modo profus inveniabilis sit in loco, non requirit contractum aliquem, aut certe non alium, quam fuit substantia realem praesentiam, qua fit praesens, & tangit locum, sicut corpus fit praesens, & tangit per quantitatem.

XXXVII. Sed contra. Quomodo sit substantia spiritualis sit in hoc loco praesens, non requiritur contractus commensurativus partis ad partem, & totius ad totum, ut in corporibus; & requiritur tamen aliquid, quod fundat praesentiam; & indistantiam ab hoc loco potius, quam ab alio, ut sit constituta in tanto loco, & non majori: dicere enim, hoc haberi per realem praesentiam, & indistantiam, est petere principium. Nam nos hic quaerimus, unde oriatur haec realis praesentia potius hic, quam aliter, potius magno, quam parvo loco. At hoc ex ipsa substantia ratione sui non poterit haberi, ut ostendimus; ergo ex aliquo superaddito peti debet; & sicut in substantia corporea petitur a quantitate ejusdem extensione ad locum, sic in substantia spirituali debet ab alio proportionaliter peti quod fit ratio proxima, quare praesentia habeat localem.

XXXVIII. Nec valet dicere (quod responso aliorum ab eodem Frassen indicata) solum esse ant. Nam etiam substantia corporea se ipsa habet vim immediate tangendi locum; sed hoc hoc impediri a quantitate, qua afficitur, qua si spoliaretur, locum ratione sui immediate contingeret.

XXXIX. Nam contra est. Quomodo enim substantia potest radicari proprietate, qui impediatur ne praesentem immediate effectum formalem, quem se ipsa immediate praesentem potest cum proprietate sint virtutes substantiae dare illi, ut immediate se se explicet in actiones, quae radicaliter solum praesentem; quis dicit; intelleximus impedire, ne substantia per se ipsam videatur? Quod autem dicitur esset fit inferius videbitur.

XL. Dico secundo. Substantia Angelum proxime constituitur in loco per applicationem suae virtutis huius potius, quam alteri loco. Ita S. Thom. cum hac 1. p. 2. q. 52. art. 1. dicens: Per applicationem igitur virtutis angelicae ad aliquum locum qualitercumque dicitur Angelus esse in loco corpore. Idem repetit art. 2. ubi ex quo virtus angelica fit finita, arguit Angelum non posse esse ubique, sicut est Deus. Unde (inquit) cum Angelus sit in loco per operationem virtutis suae ad locum, sequitur, quod non sit ubique, nec in pluribus locis, sed in uno loco tantum. Hoc docuit etiam in 1. sent. dist. 37. q. 3. art. 1. Cujus ratione sic prob. Quod aliquid determinetur ad locum aliquem, hoc non est, nisi in quantum applicatur ad locum illum, & non ad alium. Haec autem applicatio, vel intelligentia secundum situm, aut contractum vel secundum formam, aut secundum operationem aliquam. Atqui applicatio substantiae Angelum non potest esse secundum formam, sicut anima applicatur, esse in corpore, cum non sit actus corporis, ut ostendimus est: nec secundum determinatum situm, sicut est punctus in linea, quem determinat, quia essentia Angelum omnino a situ absoluta est. Relinquitur ergo quod sit in loco secundum contractum. Contractus autem dicitur dupliciter, proprie, & metaphorice. Tangere proprie est habere ultima simul, quo pacto corpus est in loco quantum ultima, nempe superficies corporis loci, & loci simul sunt: & iste contractus non potest Angelum convenire. Tangere vero metaphorice est actione contingere passim. Tangere vero metaphorice est ad locum, nisi per actionem, & operationem.

XLI. Hoc magis explicatur discursu ejusdem S. Doct. hac qu. 52. art. 1. Angelus enim in loco est eo proportionali modo, quo corpus, quomodo secundum diversitatem. Sed corpus est in loco per contractum dimensionis quantitatis; ergo Angelus erit in loco per contractum, & applicationem suae virtutis. Hinc patet duplex diversitas inter modum, quo corpus, & Angelus in loco sunt. Nam corpus est in loco per commensurationem sui cum loco ratione quantitatis dimensionis. Angelus vero non. Secundo. Corpus est in loco ut contentum

in loco: Angelus vero potius ut continens locum. Nam substantia incorporea sua virtute contingit rem corpoream contentam ipsam, & non continetur ab ea. Anima enim est in corpore, ut contingit, & non ut contenta. Et similiter Angelus dicitur esse in loco corpore, non ut contentum, sed ut continens aliquid modo. Ita Div. Thom.

XLII. Dico tertio. Applicatio virtutis, qua secundum Div. Thom. Angelus immediate, & proxime collocatur in loco, non est applicatio praevia, & quasi preparativa ad operandum, sed applicatio formalis, & in ea secundo per aqualem operationem: operationem, inquam, non tantum inferentem motum, seu mutationem aliquam realem in corpore, sed quemlibet contactum aequalem virtutis angelicae, qui se habeat per modum operationis, & per modum actus secundi, puta praesentiae, custodit, defensio, continentiae detentio; puta si Angelus deriveret lapidem in sublimi, deest in lapide, esto nullam in lapidem mutationem efficeret.

Affertio haec sic explicata non solum ex parte saltem conciliat varias discipulorum Div. Thomae expositiones, quorum aliqui, ut Bannez, Cajetanus, Nazarius, dicunt Angelum esse in loco per puram applicationem virtutis, quomodo non sequatur operatio. Alii ut Capreolus, & Recentiores communiter nomine applicationis virtutis intelligunt formalem operationem virtualiter in effectum transeuntem. Verum aliquid videtur veram ac genuinam S. Doctorem mentem quia ubi hic quaest. 52. art. 2. dicit Angelum esse in loco per applicationem suae virtutis: & in 1. dist. 37. qu. 3. art. 1. dixerat, quod quilibet substantia incorporea non potest esse in corpore, vel in loco nisi per operationem, quae effectum aliquem in eo causat. Explicans postea, qui debet operari Angelus, ut ejus virtus sit applicata, & cum in loco constituta, subdit, vel motum, vel lumen, vel aliquid huiusmodi; & haec qu. 52. art. 1. ait: Per applicationem igitur virtutis angelicae ad aliquum locum qualitercumque dicitur Angelus esse in loco corpore: sed clarus Quodlibet 1. art. 4. ubi postquam determinavit Angelum esse in loco per contractum virtutis, subiungit: si quis autem velit virtutem contractum operationem vocare, propter hoc, quod operari est proprius effectus virtutis, dicitur, quod Angelus est in loco per operationem; ita tamen, quod per operationem non intelligatur sola motio, sed quocumque unio, quia sua virtus se corpori unio, praesentando, vel continendo, vel quocumque alio modo.

XLIII. Quod vero non sufficiat applicatio praevia ad operationem, probat. Nam ad rationem formalem proximam existendi Angelum in loco requiritur actualis contractus virtutis; sed praevia ad operationem, polita applicatione virtutis, adhuc accedente imperio voluntatis, nondum verificatur, quod Angelus contingat sua virtute locum, sed solum fit preparatum, & dicitur ordinem ad locum: ergo per applicationem virtutis praeviam ad operationem non habetur ratio proximae fundans existentiam Angelum in loco, nisi ad summum inchoative. Quare si polita applicatione virtutis angelicae per imperium praedictum ad operandum in tali loco, operato, vel a Deo, vel alio modo impediretur; Angelus diceretur quidem initiative esse in illo loco, non tamen formaliter, quia actu locum illum non tangeret; sicut fit accedente corpore in hoc cubiculo, Deus suspenderet extensionem ejus, & contractum dimensionum ejus ad partes huius cubiuli, esset quidem in hoc cubiculo initiative, sed non formaliter; quia contractu quantitativo actu illud non tangeret: & eadem ratione corpus Christi esto cum sua quantitate sit in Eucharistia, non tamen est in ea, ut in loco; quia ut docet Div. Thom. 3. par. qu. 76. art. 1. non est in ea modo localiter extenso.

XLIV. Confirmatur. Quidquid est in virtute angelica etiam ut applicata praevia ad operationem, totum est immanens, nempe imperium intellectus, & motio voluntatis ad operandum in eo loco; ergo nondum habetur actualis contractus loci, & indistantia localis: actus enim, sive operatio intellectus, & voluntatis bene comparatur cum absentia rei intellectus, & volitae, quia actus harum potentiarum, cum possint ferri etiam ad res absentes, requirunt solum praesentiam intentionalem, & non physicam; & quomodo intellectus veretur circa rem praesentem, ut quando est intuitiva; tamen adhuc non ponit in re visa nisi extrinsecam denominationem visum, quae non facit videntem esse rei visae praesentem, sed praesentem (supponit) ergo ad conjunctionem localem, & contractum virtutem requiritur, ut a virtute sic applicata exeat aliqua operatio transiens ad corpus, qua in eo aliquid agit, vel motum, vel custodiam, vel praesentiam, vel quomodo illud contingat.

§. IV.

Rationes Scoti contra praesentis asseriones.

XLV. Primum arguit pro Scoto Frassenius ex omnibus illis Scripturae locis, quibus Angelus dicitur prius accessisse ad loca, quam in eis quidpiam fuerit operati. Sic Luca 1. ver. 28. de Angelo Gabriele ad Mariam missus dicitur, & ingressus ad eam dixit: prius ergo ingrediatur, & sit praesens, quam loquatur. Matth. 4. ver. 3. & accedens tentator dixit ei, & ver. 11. & ecce Angelus accesserunt; & ministrabant ei: prius diabolus accessit, quam tentaret Christum; prius angeli accesserunt, quam ministrarent; ergo prius per substantiam suam praesentem, quam operentur.

XLVI. Respondet dist. ant. prius nostro caput se accommodando, conc. ant. prius revera, nego ant. Cum enim Scriptura adventum Angelorum ad loca exponat ad modum nostrum, nempe ad modum corporeum, in quibus prius est accedere ad locum, quam ibi operari; ideo sic etiam exhibet Angelos.



los. Ceterum sicut Angeli in se incorporei, quamvis sub forma corporea exhibeantur, non arguitur, eos in se esse corpora: ita quamvis exhibeantur prius accidentibus ad locum, quam operantes, non debet arguere, eos revera prius ad locum accedere quam in eo operari.

XLVII. Dices primo. Corpus ut operetur in loco debet prius esse in illo: cur ergo non Angelus qui finitus est, & agens subiecto? Secundo. prius est esse, quam operari: ergo prius est esse in loco, quam operari in loco: sicut enim hic habet esse simpliciter ad operari simpliciter: ita esse hic se habet ad operari hic: ergo sicut operari simpliciter supponit esse simpliciter: ita operari hic supponit necessario esse hic.

XLVIII. Ad primum respondeo primo dist. conseq. non Angelus per suam substantiam, nego: sed per virtutis applicationem, transeat consequens. In opinione enim aliquorum Thomistarum etiam applicatio ad locum precedit operationem, ut videmus: sed hoc est applicatio virtutis angelicæ, non applicatio substantiæ antequam omnem applicationem virtutis, ut vult Scotus.

XLIX. Respondeo, secundo, negando consequentiam, ob discrimen inter modum operandi corporis, & spiritus. Corpus enim agit per virtutem fundatam in quantitate molis, quæ est prior operatione, & qua corpus unitur loco: & ideo cum agens debeat conjugi passivo, & in corpore hæc conjunctio habeatur per quantitatem, quæ precedit operationem, debet corpus prius esse applicatum loco, deinde operari in eo: ceterum si quantitas sicut est tactiva, ita esset operativa, non egeret, ut corpus prius applicaretur, sed operatio ipsa esset corporis applicatio. Cum ergo Angelus, utpote purus spiritus, aliquam quantitatem non habeat: quam virtutis, quæ simul est operativa, & applicativa, non dependens, aut contenta, sed continens, sibi subiciens locum, in quem agit: idem in ea est conjungi loco, ac operari in illo: quemadmodum in anima rationali idem est informare corpus, ac illi uniri, applicari, conjugi. Quod vero virtus angelica finita sit, nec creativa, arguit quidem, eam indigere subiecto, in quod agit: non tamen quod prius debeat conjugi subiecto, quam in eo operari.

L. Ad secundum, nego conseq. & eius probationem. Ut enim ait D. Thomas *quæst. 1. art. 4.* (ubi hinc instantiam sibi proponit primo loco) *Nihil prohibet, aliquid esse prius simpliciter, quod non est prius quantum ad hoc, sicut subiectum, est simpliciter prius superficie: sed non quantum ad hoc, quod est colorari: & similiter prius simpliciter est corpus, quam tactus: tamen ipsum est in loco per tactum dimensionis quantitatis, & similiter Angelus per contactum virtutis.* Ita S. Thomas.

Sicut ergo prius est esse corpus, quam esse extensum, non tamen prius est corpus esse in loco, quam esse extensum in loco: sicut corpus esse prius est superficie, non tamen corpus esse coloratum superficie est: sicut prius est corpus esse, quam tangere, non tamen prius est corpus esse in loco, quam tangere locum, quia superficies est fundamentum, quare corpus sit coloratum, extensio in loco, & contactus loci est ratio fundans localem præsentiam corporis: ita quamvis in Angelo prius sit esse simpliciter, quam operari, non tamen prius erit esse in loco, quam operari in loco: quia operatio est ratio proximè fundans localem Angelicam præsentiam, seu est ratio, quæ Angelus sit in loco, est non sic ratio cur Angelus absolute sit. Quare variatur quod in ad aliquid, seu movetur appellatio: & ideo consequentia Scoti committit falsitatem.

LI. Secundo arguit, ad veram, & adequatam rationem præsentis angelicæ requiritur, quod tota Angeli substantia sit hic, & non alibi: at etiam nihil hic operatur, hoc verum esse potest: ergo &c. Min. probat, tum quia dum Angelus applicat suam virtutem ad locum, potest esse operatio impediendi a Deo, vel ab eo alio evocari, vel prohiberi, ut contigit illis Angelis, quibus *Apost. 1. cor. 3.* dicitur: *Nalite nocere terra, & mari &c.* vel per denegationem divini concursus: at in his casibus Angelus vere esset in eo loco, est ibi non operatur: ergo &c.

Tum quia si sublati operatione Angelus ibi non esset: ergo nullibi esset, qui est articulus tertius damnatus ab Universalitate Parisiensis sub Stephano Episcopo, ut superius dictum est, nempe, *quod substantia separata nusquam sunt per substantiam.* Et quarta, *quod alibi tantum sunt per operationem.*

LII. Resp. dist. maj. sit hic, & non sit alibi positive tangens locum, conc. maj. aliter, nego majorem. Ut ergo substantia Angeli sit ratio proximè fundans præsentiam localem, non sit est sola substantia, sed debet esse substantia, ut tangens locum: sicut ut substantia corporea fundet proximè præsentiam localem, non sibi sufficiens ea, quæ habet de linea substantiæ, sed requiritur, ut tangat, & extendatur quantitativa in loco. Cum ergo contactus, quo Angelus tangit locum, non sit quantitativus, sed virtutis, & sic habeatur per operationem, quæ loco unitur: ideo, hic deficienter, esset quidem ibi substantia sed non ut locata. Sicut si ab aqua existente in vase, Deo se disponente, auferretur quantitas, & extensio, illa aqua esset in vase negative, quia non esset extra vas, sed non esset amplius in illo vase, sicut locatum positive in loco: quia deest illi ratio proximè fundans præsentiam localem.

LIII. Hinc ad primam minoris prob. in opinione Thomistarum volentium, Angelum proximè constitui localiter præsentem per applicationem virtutis præviæ ad operationem, dici potest, quod si, dum Angelus est prædicte suæ virtutis applicatus uno loco, Deus uno ex dictis modis impeditur actualem ejus operationem in illo loco, adhuc ibi esset, non ratione

substantiæ, sed ratione suæ virtutis ibi potius, quam alibi applicatæ: sicut plures applicati ad trahendum navem, eum impediuntur ab extrinseco, ne illum de facto traherent, adhuc illi navi conjungerentur. In sententia, vero, quæ ut probabiliorè amplexi sumus, nempe quod ratio quæ proximè fundans localem Angelicam præsentiam non sit applicatio puræ virtutis præviæ ad operationem, sed ut operationi conjuncta, dico, quod vel Angelus impeditur ab omni operatione circa illum locum, id est tam ab operatione causante motum, quam ab actuali præsentia, vel continentia illius loci: vel solum impeditur ab operatione causante motum, vel producente effectum in illo corpore. Ut sic secundum dicta arguens, adhuc Angelus esset in illo loco vi illius actionis, cui quomodocumque sua virtus conjungeretur. Si vero dicat primum, respondeo cum D. Thom. in 1. dist. 37. qu. 2. art. 1. ad 4. quod hoc non repugnet inconveniens, quod Angelus sine loco possit esse, & non in loco: quando nullam operationem circa locum habet. Nec est inconveniens, ut tunc nusquam, vel in nullo loco esse dicatur, sicut etiam non est inconveniens, quod nullo colore coloratus dicatur. Sed hoc tamen non est imaginabile, quia imaginatio continens non transgreditur. Hæc Div. Thom. Quæ, si quis consideret, Angelum esse purum spiritum independentem ab omni corpore, nedum ut a subiecto sustentem, sed etiam ut locante, & circumferente, facile percipiet, sed etiam tem propositio: quod Angelus in illo loco complete, & formaliter non esset, esset tamen factus initiative, & ratione virtutis ad illum applicatæ diceret ordinem ad illum locum potius, quam ad alterum.

LIV. Quod si dicas, substantia Angeli est finita: ergo ex se debet esse definita ad aliquem locum.

Respondet D. Thomas loco citato in corp. quod ipsa est valde radix probatio, quæ procedit ex equivocacione. Cum enim dicitur *essentia Angeli finita*, accipitur *finis pro fine essentia, & virtutis*, secundum quod etiam definitio terminus dicitur: & non pro fine dimensionis. Locus autem dicitur finitus, vel finitus secundum terminus quantitatis dimensionis: hinc autem secundum utramque acceptionem nullam commensurationem, aut proportionem habet. Unde non oportet, ut quod est finitum in essentia, ad terminus loci finiat. Cum ergo Angelus careat quantitate dimensionis, non oportet, ut ad terminus loci esse definitur. Quia tamen est essentia, & virtutis finitas, si velis virtutem suam applicare ad aliquem locum, non poterit eam applicare nisi ad determinatum, & definitum locum.

LV. Ad secundum probat min. Quod iudicandum sit de aucta Academiæ Parisiensis damnatione, jam dictum est *Quæst. præced. quæst. 2. S. 3. nu. 55. &c.* ad quæ huiusmodi remitto. Quod vero tangit materiam præsentem, puto, nec Scotum citatum a Frassen, nec Frassen ipsum, assensuros fuisse mentem Parisiensis Academiæ in illa damnatione, ut bene notat Sylvius (ad art. 1. qu. 32. prima pars, & in Apologia pro S. Thoma postea tom. 5. qui continet ejus opuscula) testemque Henricum Gardavensem, qui conclusionem illam damnationis interitus *quælibet. 2. qu. 9. sic* dicit: *Bene dicit unus articulus ad Episcopum damnatus, talis, quod substantia separata nusquam sunt secundum substantiam, error est, si intelligatur ita, quod substantia non sit in loco. Si autem ita, quod substantia non sit ratio essendi in loco, verum est quod nusquam sunt secundum substantiam.* Et infra: *Ut dictum est: sententia Pontificalis (id est Episcopi Parisiensis) dicit quod verum est, quod substantia separata nusquam sunt, si intelligatur, quod substantia sit ratio essendi in loco, & hoc ideo, quia substantia ipsa non est ratio essendi substantiam Angelicam in loco est in loco. In hoc enim conveniebant omnes Magistri Theologiae congregati super hoc, quoniam ego oram unum, & unanimes concedentes, quod substantia Angeli non est ratio, Angelus esse in loco secundum substantiam.* Ita Henricus: qui omnino consentit Durandus in 1. dist. 37. qu. 1. ubi relata opinione, quam sequitur Scotus, quod scilicet essentia sit Angelo ratio essendi in loco, & pro eo il-lato Articulo Parisiensis, sic respondet: *Ita autem opinio non est vera, sicut & quidam alii articulus dicit, in quo consistitur, quod Angelus nusquam est secundum substantiam, est error, si intelligatur quod substantia non sit in loco, si autem intelligatur, quod substantia non sit ratio essendi in loco, verum est, quod nusquam est secundum substantiam, expressè dicit, quod essentia Angeli non est ratio essendi in loco. Quibus apparet, mentem Academiæ Parisiensis in hoc esse contrariam opinioni Scoti, non S. Thomæ. Idem est sensus Articuli quarti damnati, nempe, quod Angelus alibi sunt per operationem. Et enim non damnatur opinio assensers substantiam Angelicam esse in loco, aut rationem essendi in loco operationem, sed damnatur, ut error, asserere Angelum non esse in loco secundum substantiam, sed tantum secundum operationem.*

LVI. Porro, quod S. Thomas nunquam dixerit, quod Angelus non sit in loco secundum substantiam, sed solum secundum operationem: ita ut substantia non sit in loco, sed sola operatio, evidens est. Nam in loco sepe laudato ex 1. dist. 37. art. 1. relata opinione dicentium Angelicam substantiam non esse in loco, eam respicit ut hæreticam his verbis: *Una opinio est Philosophorum, quod intelligitur, vel Angeli nullo modo sunt in loco. Hæc autem opinio hæretica est, quia secundum fidem notam ponimus, Angelos immediate circa nos operari. Operationem autem non esse, id, quod est in loco, ostendit ibi ad 3. dicens: *Operatio Angeli non est in loco ut locatum, sed ut perfectio locati: quia operatio agens, semper est perfectio patientis, in quantum suscipitur.* Jure igitur, ut superius citato loco ostendimus, alter Stephanus Parisiensis Episcopus Sanctum Thomam ejusque doctrinam ab erroris nota, quæ, occa-*

ca-

causione articulatus a præfata Universalitate damnatorum calumniose gravabatur, absterit: eo sane modo, quo Benedictus XIII. eundem S. Doctorem, ejusque Scholam a labe Janfeniani, ac Quæstionarii dogmatis, quam ipsi prætextu propositionum in Bulla *Unigenitus* proferantur quidam impingebant, repetitis diplomatis justissime vindicavit.

LVII. Tertio arguit variis modis. Primo. Falsum est, quod ratio locandi corpora sit quantitas: etenim quantitas panis, & vini in Eucharistia eadem permanet post consecrationem, nec tamen est ratio, cur panis, & vinum dicantur existere in loco: quia substantia utriusque in Corpus, & sanguinem Christi conversa est: neque est ratio, cur Corpus, & Sanguis Christi sint in loco, qui non sunt in loco circumscriptive.

Quod confirmat sic. Adorandum Christi Corpus in Eucharistia non habet quantitatem extensam, & circumscriptam a loco: nec minus tamen est in loco definitivo: ergo quantitas secundum se non est ratio, cur corpora sint in loco.

LVIII. Secundo, illa applicatio, seu contractus virtutis angelicæ ad locum non potest esse ratio, cur Angelus sit in loco. Nam vel nominat adsum primum, & sic cum actus primus Angeli sit ejus substantia, vel facultas substantialis, Angelus erit in loco ratione sue substantiæ: vel nominat actum secundum: & hic, vel est immanens, & sic nullum dicit respectum ad extra: vel est transiens, & sic cum actio transiens sit in loco commensurative, est enim in corpore secundum modum corporis in quo recipitur, ponet Angelum in loco commensurative, & circumscriptive.

LIX. Tertio. Si ipamet virtus substantialis Angeli non est ipsi ratio existendi in loco, neque hoc erit applicatio ejusdem: sicut si quantitas non esset corpori ratio existendi in loco, circumscriptive, neque id esset applicatio quantitatis ad locum.

LX. Quarto. Sicut applicatio virtutis calefactivæ ad calefactendum lignum non est ratio calefactivi, sed solum conditio, sine qua non: ita a simili applicatio virtutis angelicæ ad locum non est ratio existendi in loco, sed conditio, sine qua non cognosceremus, Angelum esse præsentem huic loco potius, quam alteri: angelica namque præsentia solum per operationem nobis innotescit, quamquam prius supponatur in loco, quam ibi operetur.

LXI. Respondetur ad singula. Ad primum dico, quod, si quid probat, probat, quod quantitas nec sit ratio formalis, cur corpus habeat in se partes extensas. Nam quantitas panis & vini in Eucharistia eadem permanet post consecrationem ac ante: sed post consecrationem non extendit amplius partes substantiæ panis, & vini, quia panis, & vini substantia amplius non est: ergo nec ante. Sicut ergo post consecrationem eadem dimensionis panis, & vini, quæ manent, sicut ratio extensionis partium substantiæ utriusque, est substantia utriusque per accidens non sit ita eadem ut extensa ad locum erunt ratio formalis locandi panem & vinum, quamvis panis, & vini substantia amplius non sit: quia aptitudo ad eam, quæ est definitio accidentis, semper manet, quamvis actualis inhaerentia non maneat, & proinde est non faciat actu existere in loco substantiam, quia non est: si tamen esset, non per aliud existeret in loco, quam per suæ quantitatis dimensiones in loco extensas.

LXII. Ad confirm. nego min. cum D. Thom. 3. part. 9. 76. art. 5. Nam Corpus Christi esse sit in Sacramento cum sua quantitate, non est tamen in eo secundum modum proprium quantitatis dimensionis, scilicet per commensurationem suæ quantitatis ad locum specierum: & ideo non est ibi sicut in loco circumscriptive. Neque etiam est ibi, sicut in loco definitivo: alias ut docet D. Thom. ibi ad 1. non esset alibi, quam in hoc altari, ubi consecratur hoc Sacramentum, cum tamen sit, & in Calvo in propria specie, & in multis aliis altaribus sub specie Sacramenti. Immo retroqueri posset argumentum. Dato enim, quod Corpus Christi esset in Sacramento definitivo, quia tamen ibi non est secundum suæ quantitatis extensionem, non est ibi ut in loco circumscriptive: ergo ratio essendi circumscriptive in loco est quantitas, ut extensa in loco. Ergo modo Corpus Christi est sub speciebus, quod substantia panis erat sub suis dimensionibus: sed substantia panis non erat sub suis dimensionibus, ut locatum in loco: ergo neque substantia Corporis Christi, quæ ibi est per modum substantiæ. Ex quo alia retorfo emergit. Nam quia Corpus Christi sub dimensionibus panis, est ad modum, quod erat substantia, Corpus Christi non est sub illis localiter: ergo substantia ex sua ratione non est sub illis essendi in loco. Cur autem substantia panis ratione suarum dimensionum esset in loco, non vero ratio illarum in loco sit Corpus Christi, ratio est: quia substantia panis comparabatur ad locum illum mediantibus dimensionibus propriis: substantia autem Corporis Christi comparatur ad locum illum mediantibus dimensionibus alienis: ita ut dimensiones propriæ Corporis Christi & converso compararentur ad locum illum ratione substantiæ, quod est contra rationem corporis locati, cujus substantia debet comparari ad locum ratione propriarum dimensionum. Vide S. Th. laudato loco.

LXIII. Ad secundum dico, quod illa applicatio virtutis Angelicæ ad locum nominat actum secundum, non de linea essendi, sed de linea operandi, nimirum operationem circa locum illum: & sic est contractus virtutis, ad id quod quæritur: an sit actio immanens, vel transiens, dico, quod est actio formaliter immanens, & solum virtualiter transiens, nempe producente effectum, quem in loco causat. Neque sequitur, quod ponat Angelum commensurative in loco. Nam esse effectum per illum productum, quæ recipitur in corpore, commensuratur corpori: actio tamen productiva illius, quæ est ratio lo-

cativa Angeli, cum respiciat locum, sicut agens passivum, nec loco subiciatur, sed sibi subiciat locum, cum tangens contactu virtutis, nec commensuratur loco, nec propterea ponit Angelum commensurative in loco.

LXIV. Ad tertium dico, quod male ibi arguit: deberet enim argui sic, si substantia Angeli non est illi ratio existendi in loco, neque applicatio substantiæ Angeli per ea, quæ sunt de linea substantiæ erit ratio ponendi Angelum in loco. Quod quidem verum est. Sed dum additur, virtus substantiæ, sit transiens a linea substantiæ additur ad lineam operativam. Cumque vis operativa in Angelo sit vis tactiva loci: ideo si hæc per operationem applicetur, Angelus actu tangit locum contactu virtutis, & proximè fundat localem præsentiam: sicut quia quantitas est vis commensurativa corporis ad locum, si hæc per actualem extensionem applicetur loco, fundat localem præsentiam circumscriptivam corporis in loco.

LXV. Ad quartum nego majorem, & pariter. Nam remota applicatione ignis ad lignum manet in igne virtus proxime calefactiva, & solum desideratur in distantia locali, quæ est conditio, sine qua virtus calefactiva nequit operari in ligno. At remota ab Angelo virtus operativa, & remanente sola substantia angelica, non habetur virtus immediate operativa & tactiva loci: unde sicut applicatio virtutis per operationem, non est pura conditio ad agendum, sed ratio formalis agendi: ita non erit pura conditio, sed ratio formalis tangendi locum contactu virtutis, & existendi in illo. Quare per operationem præsentia Angeli non innotescit, sed revera fundatur.

LXVI. Quarto arguitur, Angelus potest esse in loco absque ulla operatione, sive applicatione virtutis suæ, quæ sit operatio propriæ, vel impropiæ: ergo non est in loco per operationem. Ant. probat Frassen primo. Angeli creati fuerunt in Calvo Empyreo, & tamen ibi nihil operantur: non motum, quia Cælum Empyreum localiter non movetur: non lumen, quia supponitur a Deo fuisse creatum cum tota sui etiam accidentali perfectione.

Secundo. Corpus potest esse in loco absque ulla sui operatione, vel applicatione virtutis: ergo & Angelus. Cur enim corpus sita quantitate motus potest esse in loco absque ulla operatione, & non Angelus sua quantitate virtutis? Rursus: Si Deus potest unum corpus de uno ad alium locum deportare præcisè ab operatione, cur non poterit & Angelus? Cur non poterit, Angelo alibi operante, eius operationem suspendere, & facere quod manet ibi, sicut prius?

LXVII. Tertio alii urgent. Animæ Patrum ante Christum in Limbo ab Angelis, fere in finem Abraham deportabantur, ut habetur *Luce 16. v. 22.* Animæ insuper puerorum decedentium sine baptismo in Limbo, ut in carcere perpetuo tenebantur: & tamen nulli excoctabilis est operatio, quam ibi, sive Patres, sive pueri exercitabant.

Quarto. Angeli Custodes ordinariæ præsentis sunt illis: quos custodiunt: & tamen credibile non est, quod in eis aliquid semper operentur.

Quinto. Angelus semper est alibi: sed non semper alibi operatur: quia non necessario, sed libere operatur in corpora: ergo &c. Hæc, alique accumulunt Scotiæ, & alii.

LXVIII. Respondetur ergo negando ant. ad cuius primam probat, variè respondent Nostris. Negata enim minori, in quo conveniunt omnes, non concordant in assignando, quid Angelus in Calvo Empyreo operetur. Aliqui dicunt, quod operentur esse nobis occultum. Ita Ferrarientis, & alii. Hæc responsio risu excipitur ab aliquibus, dicentibus, hanc responsonem esse asylum ignorantis. Sed Immo: Quæ enim sunt operationes, nedum Cælorum in hæc inferiora, sed etiam horum inferiorum quos post longam discussionem ingenue fateri cogimur, nobis ignotas esse: & tamen causis, earumque naturas sub oculis habemus: quanto ergo magis ignota nobis erunt operationes Angelorum, quorum naturam, sicut & ipsius Cæli Empyrej, vix aliquid possumus? Unde Ferrarientis in 3. Contra Gentes cap. 68. *Non oportet* (inquit) *scilicet, quæ operatione agat in Cælum Empyreum, aut in aliquem alium locum, in quo dicitur esse, quia sicut non nobis plene cognita est natura angelica, neque Cæli Empyrej natura: ita nec nobis nota sunt omnes operationes, quibus præest aliquid in Calvo Empyreo, & in corporibus operari.* Quam responsonem probare videtur S. Thomas, dum, esto factum, Angelum esse in loco per operationem, indicat tamen relinquat, quænam sit talis operatio, an producat lucem, an sit mera custodia, an præsentia, an continentia.

Alii dicunt, Angelos in Calvo Empyreo producere augmentum lucis. Quamvis enim a Deo producum sit cum tota perfectione sibi connaturaliter, ac in suo ordine debita, hoc non tollit, quin aliqua ei perfectio major possit a natura Superiori advenire: sicut & Angeli inferiores, est in sua natura perfecti, a Superioribus tamen possunt illuminari, & de facto lumen recipiunt. Nec sequeretur, quod hoc majus lumen perveniret usque ad nos, & a nobis videretur. Nam ait D. Th. 1. p. q. 66. art. 3. ad 4. potest dici, quod habet lucem Cælum Empyreum, non condensatam, ut radiis emittat, sicut corpus solis, sed magis subtilem. Vel habet claritatem angelicam, quæ non est confirmata cum claritate naturali.

Huic affinis est responsio aliorum, volentium, Angelos existentes in Calvo Empyreo, influere in ipsum perpetuiter, & stabiliter: cum enim hanc Cælum Empyreum insuatur in alios Orbes inferiores, ut docet D. Th. q. 66. a. 3. citatis ad 2. credere par est, ad hoc Angelorum operari valde juvari. Ut enim docet D. Thom. *Quolib. 6. a. 19. Totum Universum est unum unitate ordinis. . . hæc autem unitas ordinis attenditur*



dicitur secundum quod quidam ordinem reguntur corporalia per spiritalia, & inferiora corpora per superiora.

Tandem juxta superiora dicta respondeo, Angelos in Caelo Empyreico operari operatione actuali presidentie, que licet effectum, vel immutationem ullam non causat in Caelo Empyreico, illud tamen sibi subsicit pro ea parte, qua illi presidet, ut fundet presentiam locati in loco.

LXX. Ad tertiam de animabus Patrum in Limbo, sicut & puerorum, dici potest, quod infra dicitur de Dæmonibus, damnatis, quod cum Limbus non sit locus illis conaturalis, sed, si non violentus, saltem præternaturalis, in quo a divina iustitia, velut in carcere detentur: unde de Limbo Patrum, & eorum liberatione per Christum dixit Zacharias cap. 9. v. 11. ut exponit S. Hieronymus in dictum caput: Tu quis non est sanguis resurgens qui misisti unctis tuis de loco, in quo non est aqua, dicendum est, esse ibi non per operationem aliquam, sed per passionem, five detentionem ab illo loco, a quo sine speciali Dei permissione exire non possunt.

Unde Diviti damnato roganti, ut miseret Lazarum ad se ut resisteret linguam suam, respondit Abraham Luca 16. v. 26. Inter nos, & vos magnus chaos formatum est: ut hi qui volunt ibi transire ad vos non possint, neque inde hic transire. Item dicendum de animabus igne purgatorio detentis. Quod si, permittente Deo, inde aliquando exire ad tempus datum sit, ut ad aliquod peragendum se transferant, ibi per operationem, quam circa corpus exercebunt, constituentur, ut dicemus.

At de Animabus Sanctis, quid dicendum? Respondeo, quod idem proportionaliter, ac de Angelis beatis, dum sunt in Empyreico: ibi enim, five naturali virtute, five a lumine gloria derivata augent splendorem, juvant influxum in hæc inferiora; vel modo nobis incognito ibi occupantur, quo eorum substantiam locum illum potius, quam alium virtute sua contingat. Quod si circa alia corpora agere permittantur (quod possibile est) ostenditur in anima Christi, quæ per suam substantiam descendit ad locum Patrum, atque derivare fecit effectum ad infernum damnatorum, & tandem ad locum sepulchri reversa est) dici debet, in illis presentes statui per operationem, ad quam exercebant circa illa mitantur.

LXXI. Ad quartam de Angelis Custodiibus, dico, quod cum ordinare actum assistunt hominibus, quorum custodie sunt deputati, semper aliquid in eis operantur, vel aliquomodo excitando, aut continendo imaginationem, aut suggerendo bonas cogitationes, aut avertendo pericula, que innumera hominem circumstant, unde innumera, etiam non lateant, sunt actiones, quas Angeli circa nos operantur. Cum vero circa hominem nihil operantur, quia cum ad Empyreum, vel alio se transferant, tunc circa hominem non habent, nec actuali presentiam, five custodiam, ideoque nec presentiam localem, sed solum presentiam ordinis, quia parati sunt semper Clientibus optulari: unde tunc non habent quidem ad Clientes relationem rei locatæ ad locum, sed relationem ordinis. Ex D. Thom. sumpta est hæc solutio, qui 1. p. quæst. 113. a. 6. ad 3. Angelus (inquit) est interdum derelinquit hominem loco, non tamen derelinquit eum, quantum ad effectum custodiam: quia etiam cum est in Caelo, cognoscit quod circa hominem agatur: Nec indiget mora temporis ad motum localem, sed statim potest adire.

LXXII. Ad quintam dist. maj. semper est aliquid presentia ordinis, seu tanquam res in re, vel ut pars in toto Universi, conc. maj. presentia locati in loco, nego maj. hoc enim modo solum est ubi operatur aliquid. Neque hoc esse inconueniens, superius num. 53. cum D. Th. ostensum est; & eorum ostenditur ex eadem q. 3. de pot. a. 19. ad 2. ubi ait, quod non solum priusquam concederetur Mundus: sed etiam nunc nihil prohibet, Angelos non esse in loco, si volunt: est etiam semper sint in loco propter ordinem, quo creatura spiritalis prædicat corporali, secundum Augustinum 3. de Trinitate. Est enim videtur inconueniens imaginationi, que spiritalia metitur ad modum corporum; non est tamen inconueniens rationi: si enim supra imaginationem allurgat, iudicabit, Angelos esse substantias non dependentes, nec contentas in loco, sed sibi subsistentes, & facientes loca dependere a se, & pro voluntate sua: sicut potest, modo hic, modo alibi esse, ita ab omni loco se abolvere si velint, quamvis hoc de facto non contingere existimem; quia sicut corpora superiora nunquam cessant ab operatione, & influxu in hæc inferiora, ita spiritalia, que corpora alibus adsumt, nunquam cessant ab operando aliquid circa corpora, ut supra n. 68. ex D. Th. Quolib. 6.

a. 19. & 1. p. q. 66. a. 3. ad 2. ostensum est. Cæterum si Angelus ab omni operatione cessare circa corpora, sicut locatum in loco in eis non esset actu formaliter, & positive, sed solum fundamentaliter, & negative. Quod idem dicendum esset, si Deus omnia corpora annihilaret, si Angelus poneretur in vacuo: sicut enim Deus antequam mundum produceret, ut superius not. 2. qu. 4. de Actib. dub. 5. §. 3. dictum est, nullibi actus erat, & modo in factis imaginariis non est, quia ibi actu nihil operatur: ita & Angelus, & si nihil operaretur circa corpora, actu nullibi esset ut locatus.

LXXIII. Tandem arguit quidam. Si operatio Angeli esset illi ratio offendi in loco, Angelus movens primam Sphæram, esset in tota illa Sphæra, immo & in secunda &c. Cum ad sit omnibus contactu suæ virtutis. Rursus operari in loco non est secundum substantiam esse in illo, nam Sol operatur in visceribus terræ, & tamen est præsens solum in Cælo. Anima Christi secundum S. Th. vere secundum substantiam descendit solum ad Limbum Patrum, & tamen etiam in Inferno damnatorum effectus operata est.

Tertio, Operatio, qua Angelus fit præsens loco debet esse in Angelo: sed operatio qua operatur in corpore, ut operetur transiens non est in Angelo, sed in corpore, in quod agit; ergo &c.

LXXIV. Respondeo, neg. maj. Non enim quilibet operatio statuit substantiam Angeli in loco, sed illa loca que est ab ipso immediate immediatione suppositi, & est illa, que ab Angelo primo exit, & incipit motus in corpus. Unde cum movet primam Sphæram, substantia Angeli non est in tota Sphæra, multo minus in secunda, sed solum in ea parte, quam primo sua operatione contingit, & ex qua alia incipiant moveri. Ita S. Thom. 1. p. q. 52. a. 2. Nec tamen (inquit) operatur, si aliquid Angelus movet Cælum, quod fit ubique. Primo quidem, quia non operatur virtus ejus, nisi ad id, quod primo ab ipso movetur. Unde autem par. Cæli est, in quo primo est motus, scilicet par. Orientis. Unde Philo. in 2. Physicorum text. 84. virtutem Motoris Cælorum attribuit parti Orienti. Secundo, quia non potest a Philo. scilicet, quod una substantia separata movet omnes Orbis immediate.

LXXV. Ad secundam eodem modo respondeo, Solem operari in visceribus terræ per virtutem a se esse, & non immediate immediatione suppositi; unde non sequitur in visceribus terræ adesse substantiam Solis, sed ejus virtutem, bene tamen idelli parti sibi contigua, cui primo suum influxum communicat. Anima Christi pariter in Inferno damnatorum proprie non fuit, quia non fuit in eo per suum suppositum, quamvis ad illum effectus aliquis derivavit.

LXXVI. Ad tertiam nego min. operatio enim, qua Angelus agit in corpore est formaliter immanens in loco, & solum virtualiter transiens ratione effectus, quam in corpore producti unde ratio fundans Angeli presentiam formaliter in Angelo est.

S. V. Ratio fundans Angeli presentiam in loco violento, sicut in loco conaturali.

LXXVII. Dico. Ratio proxime fundans Angeli presentiam in loco sibi violento est passio illi illata ab extrinseco, five incorporeo, five corporeo, que detinetur, ne agere possit ubi voluerit. Modo loquendi Scripturarum hæc assertio conformis est, quo Dæmones dicuntur alligari. Tobias 8. v. 3. Angelus Raphael apprehendit Dæmonem, & volavit illud in deserto superioris Egypti: funibus detrahit. Petri 2. v. 4. rudentibus inferni detrahit in Tartarum irridit cruciandus, vinculis æternis reservatus. Jude 6. Vinculis æternis sub caligine servavit. & Act. 2. v. 24. Quem Deus suscitavit solutus doleribus inferni, juxta quod impossibile erat: tenori illum ab eo: ubi in Limbo (a quo liber fuit Christus) Veteres PP. dicuntur ligati atque detenti. Sed de hoc forte redibit sermo alio loco, dum ageretur de poena Dæmonum.

LXXVIII. Probatur autem hoc discursu. Quilibet contactus rei locatæ cum loco sufficienter est fundare ubicationem; ergo sicut ubiatio Angeli in loco conaturali fundatur in contactu activo, quo Angelus sua operatione quomodo modo sibi subsicit locum, eumque sua virtute contingit; ita ex opposito ubiatio eadem in loco violento, ac præternaturali fundatur in passione, qua contactu passivo aliquid patitur ab agente corporeo, vel ita ab illo ligatur, aut detinetur, ut non possit secundum quod vult, & ubi vult operari. Sic nonnulli Dæmonum sunt in igne Inferni, quia ita ab eo, ut divina iustitia instrumentum detinentur, ut non possint alibi operari. Alii vero qui in hæc aerea regione versantur, esto ab igne Inferni poenam patiuntur, non dicuntur tamen in Inferno esse, ut in loco, qua permittuntur aliquid operari in aere, & extra Infernum usque ad diem Judicii. Quare alligatio angelicæ virtutis, ut contra ejus voluntatem operetur in alio, est passio faciens locum illum esse Angelo violentum, vel præternaturalem. Passio autem ista non reddit locum poenalem, certum: ab actu ad potentiam valet consequentia: sed si Angelus habens pro sphaera & loco adequato, ultra quem operari non potest, unam leucam, ab actu illo fuit virtutis augmento, de facto simul operaretur, & sibi esset presentem in duabus leucis, jam a causa impotente, dum manet impotens, actu produceret effectus: ergo produceret effectum, quem non posset produceret, & esset in loco, in quo non posset esse; ergo falsificaretur illud principium: actu operatur, & est; ergo potest operari, & esse.

VIII. Quod si Deus augeat virtutem angelicam, ut que

(de Angelis) quarantur, & ea sicut potest quisque conjicit, non intellexit operantur ingenia, & si addiderunt disceptato moribus, & absque error opinionum, se scire, quod nesciant.

D U B I U M II.

An unus Angelus possit esse in pluribus locis, & plures in uno loco?

S. I.

Resolutio prima partis.

I. Duplex solet distingui locus; unus adequatus, in quo, scilicet, toto potest Angelus existere, at in majori se collocare nequit: unde si una leuca est locus adequatus Angeli, poterit in tota illa leuca eodem tempore existere, at ultra illam non poterit. Alter inadæquatus, in quo ita est, ut possit ultra illum se collocare. Sic media leuca erit locus inadæquatus, quia potest in alia medietate simul esse. Quæstio ergo procedet de loco adequato præsertim, & ne dum naturali, sed etiam divina virtute: aliquid tamen etiam de loco inadæquato dicemus.

II. Dico primo. Unus Angelus non potest naturaliter in pluribus locis adequatis simul existere. Hæc assertio adeo certa est, ut ipsa notio loci adequati eam demonstret, nimirum, quod ita adequat, & exhaustat totam localitatem unius Angeli, ut extra illam se extendere nequeat.

Deinde si Angelus naturaliter potest simul esse in duobus locis adequatis, eadem ratione potest esse in tribus, in quatuor, & sic in infinitum, & sic esse ubique, quod erroneum est. Quare Durandus male excipitur a Theologis, eo quod docet Angelos ubique existere, esto non sicut Deus. Quod jam reproberat D. Thom. in 1. dist. 37. q. 3. art. 2. dicens: Quidam dixerunt, quod Angelus potest esse in pluribus locis simul, sed non ubique, sicut Deus, corpus autem in loco tantum est. Sed hoc repugnat esse pro errore a Magisteris, quia sequeretur, quod Angelus nec definitur, nec circumscriptur in loco esse. Et quidem, nam Angelus est in loco per suam substantiam, ut vult Scotus; vel per suæ virtutis applicationem, ut cum S. Thoma statuitur: sed tam substantia Angeli, quam ejus virtus ad certum terminum, quem non possunt egredi, limitantur; ergo &c.

III. Rursus, si ubique Angeli essent naturaliter, loco naturaliter moveri, nec de uno ad alium transire possent. Cælum insuper Empyreum, & omnia loca plena essent Angelis, immo & Dæmonibus, qui proinde certo loco alligati a Scriptura falso dicerentur.

IV. Neque dicas. Tertullianus in Apologetico c. 22. ait de Angelis, & Dæmonibus: omnis spiritus alius est. Hoc Angeli, & Dæmones. Igiter momento ubique sunt; Tenet orbis illic locus unus est.

Nam Tertullianus noluit exprime, Angelos & Dæmones simul ubique existere, & simul totius orbis partibus adesse, sed eorum velocitatem insinuare, qua adeo celeriter de uno ad alium locum se transferunt, ut momento ubique essent, & totus orbis illis unus locus esse videatur. Quapropter Dicit habili fuit, unde subdit: Valdeus divinitus est; quia substantia ignoratur.

V. Sola ergo divina virtus, & essentia, que infinita est, & universalis causa omnium, sua virtute omnia contingit; & non solum in pluribus locis est, sed ubique. Virtus Angelica, quia finita est, non se extendit ad omnia, sed ad aliquid unum determinatum; & sicut ad universalem virtutem Dei totum univèrsum comparatur, unus locus ita ad determinatam virtutem Angeli comparari debet solum aliquid determinatum. Cumque Angelus fit in loco per applicationem virtutis suæ ad locum, sequitur, quod non sit ubique, nec in pluribus locis, sed in uno loco tantum. Ita discurre & concludit S. Thom. hac q. 52. art. 2.

VI. Dico secundo. Probabilis videtur, nec divinitus posse unum Angelum esse in duobus, vel pluribus locis suæ naturali virtuti adequatis; nisi virtus ejus a Deo intrinsece augeatur. Quare si locus adequatus naturali adivitanti Angeli sit spatium unius leucæ, non poterit esse simul in duabus leucis. Videtur clara assertio. Nam Angelus est in loco per contactum suæ virtutis, & per operationem; ergo ut esset in duplici loco adequato, deberet in utroque adæquata actione operari: sed repugnat, quod idem agens duplici actione adæquata sit in actu operans; alias quilibet effectus adæquatus, & non esset, quilibet effectus per eam productus esse adæquatus, & non esset, quilibet etiam locus adequatus esset, & non esset: hæc enim ratione docent Physici causam non posse agere duplici actione totali, nec duplicem effectum totalem, & adæquatum simul produceret; ergo &c.

VII. Confirmatur. A causa, seu virtute impotente, dum manet impotens, non potest actu prodire effectus, ad quem est impotens; alias prodiret, & non posset prodire, causa illum produceret & non posset illum produceret, quod esset destruere principium omnibus certum: ab actu ad potentiam valet consequentia: sed si Angelus habens pro sphaera & loco adequato, ultra quem operari non potest, unam leucam, ab actu illo fuit virtutis augmento, de facto simul operaretur, & sibi esset presentem in duabus leucis, jam a causa impotente, dum manet impotens, actu produceret effectus: ergo produceret effectum, quem non posset produceret, & esset in loco, in quo non posset esse; ergo falsificaretur illud principium: actu operatur, & est; ergo potest operari, & esse.

VIII. Quod si Deus augeat virtutem angelicam, ut que

prius ad unam leucam tantum poterat operari, & simul operari in duabus, vel posse operari in Cælo, & simul in terra; tunc potest esse in duobus locis, quorum quilibet effectus fuit naturali virtuti adequatus. Dico sua naturali virtuti adequatus: quia comparatur virtuti Angelicæ tali incremento auctæ, quilibet eorum effectus inadæquatus, & simul unum locum adæquatum constituerent. Unde nunquam verificaretur, quod idem Angelus possit simul esse in duobus locis adequatis repudicative, ut fuit adæquata.

IX. An autem possit idem Angelus esse in duobus locis adequatis; in uno, ut loco naturali, & per contactum suæ operationis; & in alio, ut in loco præternaturali, & violento, & per alligationem, seu passionem, non video, ullam esse repugnantiam. Nam sicut nulla est repugnantia, quod Corpus Christi per quantitatis suæ extensionem sit circumscriptive in Cælo, ut in loco hac ratione sibi adæquato, & simul per plures conversiones, & modos Sacramentales in pluribus Hostiis: & si vellet Deus substantiam panis hinc existentem convertere in substantiam Angeli existentem in Cælo, sicut eam convertit in Corpus Christi existentem in Cælo, tunc substantia Angeli esset in Cælo, & hic, non tamen utrobique modo conaturali: ita non videtur repugnare, quod Angelus in uno loco adequato existens per contactum adæquatum, in alio sit per contactum passivum seu per passionem: operetur tamen, ut ejusmodi passio sic detineret Angelum apud se in loco præternaturali, ut non impediat ipsum conaturaliter operari alibi, ut ibi conaturaliter existat: sed ipsum detineret sine alligatione potentiarum, sicut erant anime in sinu Abrahæ.

X. Dico tertio. Angelus potest simul esse in duplici loco inadæquato intra sphaeram suæ adivitatis contento, quin existat in loco intermedio. Explico hoc. Suppono, Angelum naturaliter posse esse, & operari simul in omnibus locis intra sphaeram suæ adivitatis contentis; unde si sphaera adivitatis ejus sit spatium unius leucæ, & in ista leuca sint tres civitates, duæ in extremis leucæ partibus, altera in medio, poterit Angelus in omnibus illis civitatibus, & in toto medio intra leucam contento operari, & esse. Difficultas est, an possit operari, & esse in civitatibus positis in partibus leucæ extremis, & non operari nec esse in civitate, & spatio intermedio: hoc loco assertio præsens conclusio. XI. Probatur autem. Cum enim Angelus sit in loco per liberam, & non naturalem suæ virtutis applicationem, & a nullo ex locis intra suam sphaeram contentis dependat, sit, ut ex partibus intra eam contentis, qui voluerit se applicare possit, & alteram relinquere: sicut & homo potest simul movere duos lapides inter se distantes, ad quos ejus brachia se extendunt, quin moveat intermedios; quia nulla necessitate partibus omnibus intra suam adivitatis sphaeram contentis alligatur: & sicut potest, si vellet abolvere se ab omnibus, ita eadem libertate potest se abolvere a singulari, & ab una, non vero ab aliis. Tota enim ratio, quare corpus non potest esse in partibus extremis, etiam intra sphaeram suæ extensionis contentis, quin existat in mediis, est, quia non libere sed naturaliter in loco est; nec operatione sibi voluntarie subsicit locum, sed quantitate, & extensione necessario a loco circumscriptur: unde non potest esse in locis discretis, nisi eius quantitas dividatur. Et contra autem, quia Corpus Christi in Sacramento non est ratione quantitatis, nec commensurative ad locum, & partes loci, sed modo elevatori; in pluribus Hostiis separatis esse potest, quin existat in medio, immo & in extremitatibus ejusdem Hostiæ, & non in medietate, si medietas, vel non esset consecrata, vel corrupteretur.

XII. Neque idem est de anima nostra, quæ esto in se perfectissima, non tamen animare potest partes extremas, puta caput, & pedes, & esse in capite, & pedibus, quin actuari membra, & partes intermedias, sicut nec de lumine Solis, quod non potest a Sole derivari in partes extremas, nisi per medias.

XIII. Nam discrimen est inter animam, & lumen ex una parte, & Angelum ex altera. Nam Anima respicit partes corporis ut constituent unum corpus, quod ut sit subiectum capax animationis, debet includere omnes partes inivem continuatas, & non distas; quia anima non est in corpore, nisi debita organizatione disposito, dispositiones autem illæ communicantur ipsi parti mediante alia. Similiter lumen solet, cum sit corporeum, propagari debet per commensurationem ad spiritum, & quantitatem corporis, per quod diffunditur. At Angelus non est in corpore, seu loco per naturalem informationem, sed per liberam suæ virtutis applicationem: nec ut operetur, requirit ullam ex parte loci dispositionem, neque partium loci colligationem, & communicationem: nec commensuratur loco, sed est omnino a loco independentens, quem sibi subsicit. Unde non est simile.

Hæc omnia confirmare videtur S. Augustinus, dum l. 1. de Gen. ad lit. cap. 37. ait, quod Diabolus in serpente locutus est, utens eo, velut organo. In muliere autem non infestatus est... quævis oculo infestatus adjuvaret interioris, quod exterioris egerat per serpente. Quibus videtur velle, quod Diabolus simul erat in muliere, & in serpente, qui duo erant intra ambitum loci, in quo Dæmon poterat agere. Idemque videtur potest de Angelis, qui Gen. 19. subvertentur Sodomitam, aliaque civitates; & de Illia, qui 4. Reg. 19. percussit centum octoginta quinque millia hominum: non enim apparet, esse necessario dicendum, quod illi dum in pluribus locis operantur, semper etiam operentur in intermediis.

XIV. Neque sequetur, istum Angelum habiturum duas operationes simul, & duas presentias solonumque diversas. Nam